

posuit Silvestrius Servandus circ. n. Cattharensium, item in tegulis nonnullis repertis ad limitem. Ipsi Cattharenses praeterea ignoti sunt. — 2) *A.* 225.

**2627** d. m. s. | titulus Ita|monis I[tu]veri<sup>1</sup> ex p. | G. s.<sup>2</sup> n. Mele|nuens.<sup>3</sup>, s. t.<sup>4</sup> XIII, | concibones<sup>5</sup> | f. et d. d.

*Auziae (Aumale) in Mauretania (VIII 9060 vidit Wilmanns).* — 1) *Non plane certum est nomina ita legenda esse.* — 2) *Ex provincia Germania superiore.* — 3) *Numerus Melenuensium memoratur etiam in titulo Thracico III 728 cf. III S. 7387 (monuit Hettner Westd. Zeitschr. 5, 1886 p. 245 not. 2).* — 4) *Stipendiiorum (?)*. — 5) *Concibonum vocabulo videntur barbare significari ii qui titulum posuerunt, ut conterranei Itamonis. (Significari in cibatione sodales nuper coniecit Mo.)*

**2628** d. m. s. | Ti. Ioincatio<sup>1</sup> | Sabino mil. | n. Divitiensis | G. s.<sup>2</sup>, militavit | an. XII, Ioincatus | Severus fratri | fec. et dd. et Qu|. . . or [h]er. s.<sup>3</sup>

*Auziae in Mauretania (VIII 9059 vidit Wilmanns).* — 1) *Ioincatus nomen reperitur etiam in titulo Treverensi Brambach 825.* — 2) *Militi numeri Divitiensis Germaniae superioris (Divitiensium cognomen reperitur datum non paucis numeris auxiliariorum, cf. N. 2629. 2652, atque etiam legioni secundae Italicae, cf. N. 2546. 2777; ductum id putant a Divitia, hodie Deutz, cf. infra N. 2784).* — 3) *Fecit et dedicavit, et Quintius Victor (vel simile nomen) heres secundus.*

**2629** d. m. | Aur. Maximi | exar. num. Dal. | Divit.<sup>1</sup>, qui vix. | ann. XX, | Aur. Victorin. | C<sup>2</sup> posuit.

*Taurinis (V 7000 vidit Mommsen).* — 1) *Exarchi numeri Dalmatarum Divitiensium. (Cuneus equitum Dalmatarum Divitiensium memoratur in Notitia dign. Or. c. 59 sub dispositione ducis Daciae ripensis. Sed hic titulus, ut et alii duo Taurinenses militum eiusdem numeri V 7001. 7012, Diocletiano videntur antiquiores esse).* — 2) *Centurio.*

**2630** Nymphis | sanctissimis | P. Aelius Marce|llinus signifer | et quaestor n. Brit.<sup>1</sup> | mortis periculo li|ber v. s. l. m., | imp. Comm. Aug. | Felice V et Glabrione I[I] co[s.].<sup>2</sup>

*Broos sive Szász-Város Transsilvaniae (III 1596 semel descripta saec. XVI).* — 1) *Numeri Brittonum.* — 2) *A.* 186.

**2631** d. R. s.<sup>1</sup> | dupl. n. explor. | Bremen.<sup>2</sup> aram | instituerunt | n.<sup>3</sup> eius, C. Caep. | Charitino trib., | v. s. l. m.

*Rochester in Anglia rep. trans vallum Hadriani, est Cantabrigiae (VII 1037 vidit Huebner).* — 1) *Deae Romae sacrum.* — 2) *Duplarii numeri exploratorum Bremeniensium. Exploratores hi Bremenienses memorantur etiam in alia inscriptione eodem loco reperta VII 1030.* — 3) *Numini.*

**2632** d. m. | Tegio Sta|uto militi | numeri expl|oratorum | Divitiesium | Antoninia|norum, stip|endiiorum | XVIII, Togia | Faventina | soror et | heres | [fra]tri [piissi]mo.

*Prope Moguntiacum rep. (Brambach 1257 vidit).*

**2633** I. o. m. | Tib. Dexter | > explora|torum<sup>1</sup> | v. s. l. m.

*Titel in Hungaria, iam Pestini (III 3254 vidit Mommsen).* — 1) *Alius centurio exploratorum est in alio titulo Hungarico III 5648.*